

& non, aromatibus, sed morum probitate exhalarent odorem. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædagog. cap. 8. Oportet, ait, viros in primis, ut nos unguenta non olere, sed vitam probitatem. Spiritus autem femina Christum, qui est regalis unctio, non unguenta. Et talem unguentorum usum hodie reprobant D. Chrysostomus concione 1. de Lazaro. D. Hieronymus lib. 2. adversus Iovinianum. Gregorius Nazianzenus orat. 43. D. Anselmus in præfati. D. Ambrosius lib. de Elia, & jejuniis. Abrahamus Cethura filius noluit communicare suam magnam hereditatem, eosque separavit ab Isaac filio suo, Genes. 25. num. 6. Cujus rei optimam ad præsens institutum rationem profert S. Ambrosius lib. de Cain, & Abel, cap. 6. Cethura, ait, quæ odorifera significatur, heres non est. Odore aspersus, non fructu expletur. Qui enim delictiosis odoribus incumbunt, à cælesti hereditate separantur. De hoc multa invenies apud prophetas literas. Sufficiat nunc illud Diogenis dictum, Cave, ne capitis odor sit vita favor.

Præcipit ergo hic Dominus, non veram capitis unctioem, sed in vultu quandam hilaritatem, ac jucunditatem, cum jejunamus, ut simulationem, ac occultationem quandam jejuniis præbeamus. Nam cum abstinencia tristitiam præferat, Pharisæi jejunantes valde mæstos, lugentes, ac superciliosos se exhibebant, ut ita in omnium oculis suum jejunium ostentarent. Cum ergo hanc vanam ostentationem Christus vitare moneat, nobis mandat, ut in tempore jejuniis læti, ac hilares incedamus, tanquam in die festivo, & per jucundo. Ita communiter Patres, D. Chrysostomus homil. 21. & in Imperfecto homil. 15. D. Hieronymus, Euthymius, Theophylactus, D. Anselmus, D. Paschasius lib. 4. in Math. Rupertus, Beda, D. Thomas. Dicitur, lavare facies, ne tristis esse videaris. Et ita Joseph lavit faciem suam, ne tristis videretur, Genes. 43. num. 42.

Dicebat sancta anima: In lectulo meo per noctes quasvi, quem diligit anima mea, Cantic. 3. num. 1. Jam per noctes quatit, quem antea in meridie concupiverat: Indica mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie, Cant. 1. num. 6. Quæ antea sui dilecti desiderio meridie ipsum investigabat, & non inveniebat, per secretum noctis quatit, ut facile inveniat. Abbas Gillibert. serm. 1. in Cantica, Nox, inquit, illuminatio mea in deliciis meis. Quid si ad inventionem sponsi non operatur? Cooperatur sanè, & accommodatè satis. Hic tamen est expendendum, quod in lectulo quatit, qui floridus est. Cant. 1. num. 17. Cur sponsa non ipsum investigatur in cilicio, & cinere, ut orabant Sacerdotes? Cur non in media nocte, ac lacrymis strarum suum rigans, ut David Psalm. 6. num. 7. sed in lectulo florido ipsum tenere affectat? Anima hæc ad summum erat sanctitatis apicem everta, & ideo simulatis floribus, ac deliciis, & lectuali secreto abscondebatur perfectionem suarum virtutum, ac actum amoris Dei, & Religionis cultus, quibus delictum suum tenere affectabat. Idem Gillibertus Abbas. In lectulo enim, ait, secreta quadam mentis quies, potest investigari liberius, inveniri citius, & tutius teneri, foris & diutius, si cæmen dicit morari deliciis illis, quæ ferè solent in ipsis intercipi principis. Ut citius inveniat, & tutius teneat, in lectulo florido, qui delicias significat, quatit.

45. Totum erat Sansonis robur in capillis confi-

tutum, quam veritatem ipse fatetur, & ait: Ferrum nunquam ascendis super caput meum, quia Nazaraus, id est, consecratus Deo sum de utero matris meæ. Si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea. Judic. 16. num. 19. Et ita factum est, ut de totis capillis tota ejus fortitudo ab eo discesserit, ibid. num. 19. Sed cur divina omnipotentia placuit, ut totum ejus robur potius capillis esset additum, quam manibus, ac lacertis, quibus tot, tantaque mirabilia est operatus? Crines duo tenent. Primò, ut ait D. Paulus 1. Corinth. 11. num. 15. Capilli pro velamine dati sunt. Secundò Capilli sunt capitis ornamentum, & apud antiquos pro insigni fuerunt honore, atque decore, ut late probant Cerda tom. 2. in Maronem, in vers. 103. Alexander ab Alexandro lib. 5. Genial. cap. 38. Pineda de rebus Salomonis, lib. 6. cap. 4. §. 3. Alphonfus de Mendoga quæst. 5. expositivus, num. 3. Prosper Stellatus Decoris sue lib. 1. de coronis, & tonsuris, cap. 3. & 4. Unde calvitie apud veteres magnum erat opprobrium. Placuit ergo Deo, ut nota Sansonis fortitudo in capillis esset apposta, ut ipsimet capilli, qui capitis erant honorificum signum, velamen etiam, atque operimentum virtutis extiterint, ac proinde ut ipsomet ornatu esset occultata, & abscondita virtus. D. Augustinus ser. 107. de tempore ad finem, Sanson, ait, in capillis virtutem habebat. Virtutem non habuit in manu, non in pede, non in pectore, non in ipso capite, sed in capillis. Qui sunt capilli? Apostolus respondet nobis. Coma velamentum est. Et in velamento Christus habebat virtutem, quæ quod umbra veteris legis eum tegebant. Coma ergo Sanson in velamento erat. Vide cap. 15. num. 29. 30. & 31.

QUESTIO IX.

Quid moraliter significet, Ungere caput lavare faciem?

Ab hoc secundo incipiamus. Præcipit Dominus lavare faciem, hoc est, conscientiam, ut explicat D. Chrysostomus homil. 15. Quod quatuor modis fieri potest, ait D. Thomas. Primò lava per veram contritionem aqua lacrymarum. Lava à malitia cor tuum Jerusalem, Jerem. 4. num. 14. Secundò, per confessionem. Isai. 1. num. 16. Lavamini, mundi estote. Tertio, per tribulationum patientiam. Apocal. 7. n. 14. Lavaverunt stolas suas in sanguine Agni. Quarto, per devotam orationem. Gen. 18. numero 4. Afferam paniculum aqua, ut laventur pedes vestri, hoc est aff. ctus vestri.

Ungere autem caput multiplex habet significatum. Primò D. Chrysostomus homil. 15 in Imperfecto, ait: Caput tuum Christus est, esurientem ciba, sitientem pota, & sic oleo misericordie uncti caput tuum, id est, Christum, qui clamat in Evangelio: Quod uni ex minimis meis fecistis, Caput uncti mihi fecistis. Unde bene infert ipse Chrysostomus, quod rectè dicitur: Lava faciem, unge caput; quamdiu enim sumus in corpore, conscientia nostra semper fordida est in peccatis; & ideo lavanda facies quæ conscientiam designat. Caput autem nostrum, Christus lavationem necessitiam non habet, sed solam unctioem in pauperum

rum elemosynis; quia ipse peccatum non fecit. Et eodem fere modo præsentem textum Unge caput tuum, explicat D. Bernardus sermone de Quadages. Petit sine dubio, aut cerè repetit magis. Ad fontem enim, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant: Non vero ut minus habens, quod dederat, Christus reperit; sed ne tibi pereat, quidquid ad eum referre volueris, Siquidem etiam fluminis aqua, sicut caperis, & ipsa putrescet; sic planè, gratiarum cessat decursus, ubi recens non fuerit, nec modo nihil augetur ingrato, sed & quod acceperat, vertitur ei in perniciem. Tam vehementer nobis Dominus commendat, ut caput elemosynis, ac donis ungamus non quasi quod velit recipere, quæ nobis communicavit, sed ne ingratitude data putrescant, sed imò ut diutius conserventur, & magno emolumento augeantur; nam aliàs nihil augetur ingrato, sed omne ei malum, incommòdumque accedit.

Secundò, D. Augustinus lib. 2. de sermone Domini in monte, cap. 12. per unctioem capitis accipit lætiam mentis, quæ adjungenda est in omni opere bono. In sillicidiis ejus lavabimur geminans. Psalm. 64. num. 1. Dum quis cælestis gratia germinat, in virtute lætatur. Unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis, Psalm. 44. num. 6. Tertio, D. Hieronymus per unctioem intelligit operationem omnium virtutum. Ut enim jejunium sit frugiferum, ceteris virtutibus debet esse associatum; ut ait D. Leo sermone 6. de Quadages. Impleri debet jejunium, non ciborum tantummodo parcitate, sed maxime privatione vitiorum. Quarto, D. Thomas: Unge caput tuum, id est mentem oleo nitoris conscientia, ne Diabolus per capillos, id est, cogitationes, introeat ad cor tuum. Quintò idem, Unge oleo misericordia, & compassionis, quo debent Prælati ungi. Ecclesiast. 9. num. 8. Oleum de capite tuo non deficiat.

Sextò, Palatinus. Oleo ungebatur caput in die festivo; tempore ergo jejuniis, tanquam tibi sollemnissimo, oleo perunge caput tuum; tunc enim vincis carnem, & gloriosum triumphum de hoste refers: ergo tanquam diem festivum, & victoriæ tuæ celebra. Septimò, Ungebantur, ait idem auctor, Sacerdos, Rex, & Propheta: cum ergo jejunas, offers Deo sacrificium de tuo corpore; præbes te etiam ut Rex, cum imperium exerces super corpus tuum ad illius appetitus refræmandos; es etiam Propheta, quia non verbis, non digito, sed toto corpore prænantias, vitam esse futuram, pro qua vitæ præsentis bona contemnis.

Octavò, Unguentum esse adversus pestem antidotum, testatur Herodian. lib. 1. de Romanis civibus: Quocirca, ait, in ipsa quoque urbe, de Medicorum sententia, plerique unguentis suavissimis naves, atque aures opplebant, ut meatus sensuum odoribus illis occupati, neque admittant aëra tabificum, est maxime admiserint; tamen cum majore quasi longe superari, quidem dicunt. Præcipit Dominus ungere caput in die jejuniis, ut salutifero penitentia odore sensuum meatus claudamus pestifero aëri vitiorum, ac peccatorum, quæ Bacchanalia adduxerunt. Nond. Olim lassi oleo refolvebantur, ut testatur Isaac Presbyter lib. de contemptu mundi, cap. 45. Si de via sessus, ait, oleo paululum unge, propter vitæ Sylicira in Evang. Tom. 11.

laborem. Si de via sæculi lassus es, unguenta tibi penitentia adhibe, tum ad consolidandum corpus adversus vitia, tum etiam ut lubricus fias, more luctatorum, ne habeas, quo possis apprehendi à Diabolo. Decimò. Apud Orientales mortui ungebantur. Et ita dicitur de Magdalena à Christo Domino, Marc. 14. num. 8. Prævenit unguere corpus meum in sepulturam. Jejunantes mandatur ungi, ut in ipsis exercitiis, ac virtutibus ita memoria vivant, ac si mortis tempus adesset, & hujusmodi sanctis actionibus ad illius considerationem se recipiant, ad illamque intendant.

Undecimò, D. Zeno sermone de jejuniis. Qui Christo crucifixus est, & non solum crucifixus est, sed & confectus est ei. Hic ergo est, qui ungit caput suum jejunans à vitis, & in operibus bonis Christi odor bonus efficitur. In jejuniis mandatur ungi caput nostrum unctioem, qua Magdalena corpus Christi in sepulturam unxit. Ille vere, & perfectè jejunat, qui memoria passionis, ac sepulture Christi se ipsum cõponit, ac communit: nã illius gustu, ac recordatione maxime respiciet virtutes, ac promptissime omnes difficultates superatur. Ac proinde ut maxime fructuosum sit jejunium nostrum, ad memoriam passionis Christi intendatur, ac desinentur cogitationes, sensusque nostri, ut ita loquar, ac facili nobis, reddatur penitentia rigor.

Pergit Elias in desertum. Et cum venisset, & sederet subter umbram juniperum, perivit anima sua, ut moreretur. 3. Reg. 19. n. 4. Et cum dormisset, ab Angelo excitator, ut comederet; ad caput enim ejus erat subinerticus panis, & vas aquæ. In quo rigida, & aspera penitentia demonstrabatur, ut notat S. Eucherius. Et ita exinde Elias jejunus quadraginta diebus usque ad montem Dei Horeb tendit. Sed cur tam severam abstinenciam inchoat Elias sub umbra juniperi? Cur non potius sedens propè aliquem fontem vel speluncam, seu aliam arborem? Arbor illa Christi crucem, mortem, ac passionem representabat; merito ergo Elias ad illius umbram, & figuram sedens, ad illamque oculos elevans, magnam abstinenciam in pane, & aqua observat, & suum initiatum quadraginta dierum sollempne jejunium, ut sub aspectu tam admirabilis sacramenti omnem carnis macerationem levem, ac suavem ducat. Carthusianus: Per spinosam juniperum, ait, cuius umbra fugat serpentes, & sub cuius cineribus dicitur ignis conservari per annum, intelligitur crux Salvatoris, in qua ipse mortis aculeos toleravit, sub hac arbore sedere debemus, hoc est, amorosè revolvere corde, quid, & quanta propter nos passus sit filius Dei. Idem docet Rupert. lib. 5. de Trinitate, & operibus ejus, cap. 10.

Arida, & sterilis extabat in deserto petra, ubi primùm tamen per Moysis virgam est percussa, statim aquarum torrentes profudit, ut ait Regius Vates Psalm. 104. num. 41. Dirupit petram, & fluxerunt aqua. Sed ad quid virga, ut petra det aquam? Cur aliud non eligitur signum; verbi gratia, verbum, vel benedictio ad petram? Ad quid lignum ad hanc aquarum redundantiam? Præfigurabatur ibi crux, & passio Christi & tanti mysterij umbra elevatur petra ad effectus admirabile, ac ad abundantiam aquarum super totam suam naturam, D. Macharius orat. de cruce: Hoc signum, ait, petra conspiciata, regiamque imaginem sibi impendere committit, ea, qua super naturam suam erant, præstitit, & qua

Clem. Alex.

Chrysof. Hieron. Nazian. Anselm. Ambros.

Idem. Chrysof. Hieron. Nazian. Anselm. Ambros.

Diogenes.

43. Senfus litteralis.

Chrysof. Hieron. Euthym. Theophyl. Rupert. Beda. D. Thom.

44. Cant. 3.

Cant. 1. In secreto invenitur Deus. Gillibert.

Virtus simulatis deliciis occultanda.

Idem.

45.

Bernard.

Ingratitudo fugienda, ut multa bona assiqui mereamur.

48. August. Operandum cum lætitiis. Psalm. 64.

Psalm. 44. Hieron. Jejunium cum ceteris virtutibus. Leo.

D. Thom.

Idem.

Eccle. 9.

49. Palat. Dies jejuniis, dies festivus.

Palat.

50. Herodian.

Virtutibus ungendum, ut vitiorum odorem evitemus. Hanc Presb. de fugiamus à Diabolo.

Marc. 14.

In jejuniis nostro mentem erigamus ad Christi passionem.

3. Reg. 19.

Eucher.

Jejunium consideram Christi passionem.

Carthus.

53.

Psalm. 104.

Machao.

N n

Considerata Christi passione multas ad penitentiam debilis.

non habebat, prebuit. Si, durum saxum, dum in ligno, quo percutitur sentiens Crucifixi umbram, super propriam imbecillitatem dat aquam, quam non habebat, nullos ad Dominica passionis praesentiam dicat, se viribus destitutum, ac infirmum ad penitentiam aquas tanto enim quilibet armatus Sacramento corroboratur, ut super propriam audeat naturam, ac super ea, quae difficultia videntur.

QUESTIO XI.

Quare, cum Christus hic praecipiat, in die jejuniij ungere caput, Ecclesia in cinerem ponat?

54. Ratio difficultatis.

CHRISTUS mandat hoc loco: Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ut in die nostri jejuniij caput unguamus. Hoc fiebat antiquitus aromatis odoriferis in signum laetitiae in diebus festis, & sollemnibus. Et ut faciem mundaremus aqua, quod fiebat ad removendum omne maceritiae signum, ut satis est explicatum. Quomodo autem cum his cohaeret sollemnis Ecclesiae consuetudo, quae in prima jejuniij Quadragesimae die, cinerem nobis imponit in capite, quo pro gravi luctu & magna tristitia usa est tota antiquitas, ut testantur hoc loco Rupertus, & Albertus Magnus. Et ita ob magnum moerorem super caput suum spargunt cinerem Thamar 2. Regum 13. n. 19. & Esther 4. n. 1. Et ad hoc significandum ait Jeremias Thren. 2. n. 10. quo Filiae Sion consperserunt cinere carum suum.

Rupert. Alb. Mag.

Thien. 2.

55. Solutio quaestiois Paschalis.

Respondeo ad difficultatem, quod optime omnia conveniunt. Nam Christus hoc loco loquitur de jejuniio particulari, quod quilibet sibi voluntarie assumit. Et ideo, ut notat D. Paschasius lib. 4. in Math. non dicit: Cum jejunatis, sed in singulari: Tu autem, cum jejunas, quia non de universali jejuniio, sed de particulari, ac speciali agebat. At Ecclesia in prima Quadragesimae die capiti nostro cinerem admoveri; quia hujusmodi abstinencia, ac penitentia publica est, & universalis cunctis, ad illamque Ecclesiasticis mandatis astringimur. Et quando jejuniium, ac carnis maceratio particularis est, & uniuscujusque propria voluntate electa, tunc debet esse occultata, & abscondita virtus: Ne videatis hominibus jejunans. At quando ipsa penitentia ex generali, ac communi praecipio, & obligatione omnibus incumbit; tunc manifestis, & publicis mortificationis signis in omnium conspectu exeat, & prodeat.

Qua sunt ex obligatione publica publicae mortificationis signa in omnium conspectu exeat, & prodeat.

56.

Iterum veniat examinandus locus supra datus. Dicebat illa Sancta Anima: In lectulo meo per noctes quassavi, quem diligit Anima mea. Cant. 3. num. 1. Et tamen ipsa antea dixerat: Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Cant. 1. num. 6. Si quaerebas in meridie, in publico & manifesto, quomodo jam abscondere, & occulte per noctes investigas? Expende utriusque rei circumstantias. Per noctes quaerit in lectulo suo, seu, ut explicat D. Bernardus sermone 82. in deservio meo. At dum in meridiana luce eum intendit invenite, vide ejus verba: Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non

Cant. 3.

Cant. 1.

Bernard.

custodivi. Indica mihi ubi cubet, ubi pascas in meridie. Dum eum exquirat in particulari affectu sui amoris, ac desiderij, sub caligine noctis vult tenere. Ubi autem sibi ex proprio, nuncere, tanquam vinearum custodi, ac Praefuli, agnovit incumbere, ut suum dilectum investigaret, non nocte, non occulte, sed publice, ac manifeste ipsum exquirat. In lectulo suo, in júbilo, ac amore sui cordis cum sponso delectari affectat; ac cum proprio officio tenetur, patenter; ac meridiana eam ferri intendit.

Virtutes particulares occultanda, ex oblatione manifestantur.

57.

Apparet Angelus Eliae dormienti sub umbra juniperi. Pergit ad montem Horcb. Quendam speluncam ingreditur. Ibi audit divinum mandatum: Egredere, & sta in monte coram Domino, 3. Reg. 19. num. 11. Angelus loquitur cum Elia sub umbra juniperi. Et tamen Deus non eligit, cum eo habere sermonem in cavernarum latebris, sed patenter & publice in cacumine montis, D. Aereld. sermone 28. Cum Elia sub umbra juniperi angelico delectaris colloquio, ubi omnia opera tua quasi in nocte celebrantur. Angelus in umbra juniperi verba habet, cum Elia de his, quae specialiter ad ipsum attinebant, ut quod comederet panem, & aquam ad peragendum longam viam. At Deus non in spelunca, sed patenter in monte loquitur cum Propheta; destinandus enim erat: Unges Hazael Regem super Syriam, Jehu Regem super Israel, Elisaeum vero unges Prophetam pro te, ibidem, n. 26. Occulte sub arboris umbra de particularibus Eliae fit sermo: At cum de regnorum regimine, ac Prophetarum cunctu agitur, non abscondite, sed patenter verba dicuntur, atque habentur. Nam quae specialia sunt, absconditionem desiderant; quae vero communia, ac generalia, communem, & vulgarem aures expostulant.

3. Reg. 19.

Aereld.

Tua particularia sine in secreto.

Matth. 6. n. 89. Nolite thesaurizare in terra, ubi arugo, & tineae demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur.

Ibid. num. 20. Thesaurizare autem vobis thesauros in caelo: ubi neque arugo, neque tineae demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur.

Ibid. num. 21. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

VERSIONES.

Syriacus. Ne reponatis vobis thesauros in terra, loco ubi tineae, & arugo corrumpunt.

Pagninus. Ne recondatis thesauros in terra.

D. Cyr. Auctor Imperfectus homil. 15. Ubi tineae, & comestura exterminant.

Euthy

Euthymius. Ubi perditio corrodit. Syriacus, Vatablus, n. 14. ubi est etiam cor vestrum.

EXPOSITIO.

58.

OSTQUAM Dominus damnavit studium inanitis gloriae, damnat & hic avaritiam usque ad finem capitis. Et recte, ut inquitur D. Chryostomus, Theophylactus, & Abulensis, post damnatam vanam gloriam docet divitiarum contemptum, quia homines ob vanam istius saeculi ostentationem multa concupiscunt. Aliter Hugo explicat hanc connexionem. Quia non est jejunandum tibi, ac parcimonia cibi utendum, tanquam avaro, ut terrena bona multiplices, ac coaceraves in terra, sed ut per elemosynas in caelo reponas. Tamen, ut existimo, plana est littera textus. Dixerat Dominus jejunandum, non ut appareas hominibus, sed Patri caelesti, ideo subjungit, quod non est thesaurizandum in terra, sed in caelo: nec enim opera nostra sunt facienda affectu terreno, sed caelesti desiderio.

Chryost. Theophyl. Abulens.

Hugo. Non jejunandum ad multiplicandas opes.

59.

Nolite thesaurizare. Multi dicunt, positum esse, Nolite, ut nostrae libertatis admoneamur. Tamen phrasit, & loquendi modus Hebraeorum est. Quid hic per thesauros intelligat, dubitari potest. D. Hilarius, hominam laudem, quae non apud homines, sed apud Deum est quaerenda. D. Chryostomus homil. 21. & in Imperfecto homil. 15. D. Augustinus lib. 2. de sermon. Domin. D. Valerius homil. 7. & 8. D. Casarius Arelaten. homil. 16. & 21. de opibus, ac bonis terrenis, quae si in domo, vel arca recondantur, amittuntur; si vero in manibus pauperum per elemosynas, in caelo coaccervantur. Unde ait Chryostomus citata homil. 21. Non solum, ait, si deasisti, conservas, sed si non das, perdes. Et ideo ad exhortandum ad elemosynam Patres hoc frequenter utuntur loco. Probabilior mihi videtur expositio D. Hieronymi, D. Paschalis lib. 4. in Math. Joannis Cassiani collat. 1. cap. 2. qui thesauros interpretantur omnes nostras actiones. Nam omne, quod pro terrenis commodis gerimus, ait Paschasius, in terrenis thesaurizamus, & omne, quod propter Deum, in caelum transponimus. In terra, hoc est, in vitiis, & nimis cupiditatibus vestris terrenis. Et qui ita sua recondit, ut ait Salvianus Massiliensis Episcopus lib. 1. ad Ecclesias Catholicas, in Inferno suas opes, ac desideria collocare agnoscat.

Hilar. Chryost. August. Valerius. Casarius.

Chryost. Probabilior explicatio.

Hieron. Luc. 18. Cassian.

Paschas.

Salvian.

60. Cyprian. Imperfect.

hereticos, ac Daemones expriment. Cardinalis Hugo, inquit, quod notatur hic triplex tentatio Diaboli, mundi, & carnis.

Thesaurizare nobis thesauros in caelo. Praecipit Dominus, ut bona nostra opera reponamus in caelo. Quia, ut notat Rupertus, ibi in turo ponuntur; nam caelestes opes sunt aeternae & inamissibiles. Et nota cum D. Paschasio, quod non ait: Thesaurizare mihi, sed nobis, quia quidquid boni operis pro ejus amore facitis, non illi, sed nobis proficit. Ad thesaurizandum in caelo maxime nos exhortatur Chryostomus, & ait: Quae stultitia, illic relinquere, unde exiturus es, & non illic praemittere, quo iturus es? Thesauriza, ubi parvam habes. Expende, quod priusquam Dominus erigat mentem nostram ad caelestes thesauros, explicat damna, quae sunt in terrenis; ubi arugo, mat. & tineae demolitur; quia adeo affectuosus est homo ad temporalia, ut nisi citissime agnoscat eorum incommoda, mens ab eis non separanda, ut sursum tendat.

Hugo.

Rupert.

Paschas.

Chryost.

Homo temporalia maxime aestimat.

Ubi enim thesaurus tuus. Thesaurus est illud, quod homo maxime aestimat, ac ei est in pretio. Cur autem sumitur pro cura, ac cogitatione mentis nostrae. Et hoc argumento suadet Dominus, ne thesaurizemus in terra, atque ne in ea omnes cogitationes nostrae sint defixae, Evolemus ergo ad caelum, ut ibi sit nostra mens. Nam, Leo, ut ait D. Leo serm. 6. de Nativitate. Si deorsum sum, quae amas, ad ima descendes: si sursum sum, quae diligis, ad summa pervenies. Non praetermittam hic apponere, id quod notat D. Fulgentius serm. de confessoribus. Vis nosse, ubi thesaurizas? attende, quid amas. Vis nosse, quid amas? attende, quid cogitas. Ita fiet, ut thesaurum tuum ex tuo amore cognoscas, & amorem tuum iudicio tuae cogitationis intelligas.

62.

Leo.

Fulgentius.

QUESTIO XI.

Quare Dominus praecipiat, non thesaurizare in terra, sed in caelo?

OTANDUM est ex D. Thoma, ac Cajetano, quod Dominus hic non prohibet id, quod est de more omnium ferè nationum: ut homines sibi, ac filiis suis, & reipublicae recondant terrestres thesauros. Nam Paulus 2. Corinth. 12. n. 18. quod parentes thesaurizant filiis. Et multi boni Reges multa congregarunt Reipublicae. Et hoc est, valde conveniens tum, ut alij timeant, bellum illis movere, tum ne cogantur gravare populum. Deinde ne ipse Rex vilescat, petendo murum. Illa ergo thesaurizatio datur in terris, quae contraria est caelo, quae tunc fit, quando homines congregant divitias terrenas, confidentes in illis tantum, ita ut non curent, nec cogitent providere sibi in caelo: & horum salus, vita, & Deus, thesaurus in terra est. Baruch. 3. n. 16. Ubi sunt principes gentium, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines.

63. D. Thom. Cajetani.

Quomodo possit thesaurizari in terra.

Baruch. 3.

Mandat ergo Deus, non thesaurizare in caelo, ut ad ipsum dirigamus nostras cogitationes, & actiones, ac in Deo ponamus nostram spem, atque fiduciam, ac ut figamus mentem ad aeterna, & non ad peritura. Quod deinde peculiaribus rationibus confirmo. Primum D. Chryostomus in N n 2 Imperf.

64.